

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Simon Toelmann Georg Franz Schweinoch von

**Disputatio Iuridica Prima, De Matrimonii Inchoatione, Sive De Sponsalibus**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730914569>

Druck Freier  Zugang




R. U. juz 1623

Simon Tiefetmann Preu.

Georg Trinarius v. Schwinoden Rosp

1d



*Facultas Iuris*  
221549  
*empl. f.*

# Disputatio Juridica PRIMA, DE MATRIMONII INCHOATIONE, SIVE DE SPONSALIBUS!

*Quam*  
Deo ter Opt. Max. feliciter annuente

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Clarissimi, Amplissimi & Consultissimi,

DN. SIMONIS TOELEMANNI

Jcti celeberrimi, & in inclutâ Rosarum Academiâ  
Professoris dignissimi,

*Publicæ disquisitioni subjicit*

GEORGIUS FRANCISCUS à Schweinichen

Eques Siles.

*Ad diem 15. Martij*

In Auditorio Magno.



*ROSTOCKI*

Excusa literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXIII.

1623



VIRIS

Strenuis Nobilissimis,

{ G E O R G I O von Gelhorn/ in  
Peterschdorff/

DNO. } J O H A N N I à Koschenbahr / &  
Schorlaw/ in Haide / & Hünnern/

} J O H A N N I F R I D E R I C O à  
Wenzky / in Ruppersdorff  
& Krippis/

Dominis Cognatis, omni observantiae cul-  
tu prosequendis, & suspiciendis,

Exercitium hocce Academicam, in debita  
gratitudinis, & amoris signum obfert.

Georg Franz Schweinoch.

A. & R.

2 5  
F

1933. XII 14.

JULY XIX MDCXXA





# DE MATRIMONII IN- CHOATIONE, SIVE DE SPONSA- LIBUS.

## THESES I.

**M**atrimonij contractus, teste Ol-  
dendorp, inter omnes saluberrimus, quippe quo  
solo genus humanum pulchro conservatur ordi-  
ne, ac propagatione. Hinc etiam à Iustiniano vo-  
catur viri atq; mulieris conjunctio, §. i. l. de Pett.  
potest. l. i. §. 3. de Iust. & Iur. l. i. de Ritu Nupt. Indivi-  
dua vita consuetudo, d. §. i. quæ non nisi consensu persponsalia fieri  
potest. i. 4. ii. 13. de Sponsalib. l. 2. de Ritu Nupt. l. 30. de R. I. Licet quan-  
doq; illa consuetudo, Jure permittente dirimatur l. i. ff. de Repud.  
Novell. 117. Novell. 22. c. 20.

2. Quia verò non tantum Jure naturali gentium, l. i. §. f. de  
Iustit. & Iur. l. de Iur. nat. gent. & civ. in pr.; Civili, tot. t. l. de Nupt. l. 23.  
24. 25. de Ritu Nupt. l. 5. & aliquot. seqq. C. Eod. Novell. 2. 12. 19. 22. 39. 54.  
61. 68. 74. 78. 89. 91. 97. & seqq. 117. 119. 127. 134. circa f. 139; & divino,  
Genes. 1. v. 27. Genes 24. v. 7. Prov. 18. v. 22. & 19. v. 14. Syracid. 26. v. 1. 2.  
3. 4. Tobie 3. Matth. 19. v. 4. 5. & 6. Iohan. 2. v. 1. & 2. Ad Roman. 7. v. 2.  
& 3. 1. ad Corinb. 7. v. 2. & 3. Hebræor. 13. v. 4; licitum est conjugium  
inire: Valentin. Guilelm. Forster. d. Nupt. t. i. qu. i. & 2. sed etiam ma-  
xime expedit Reipublicæ, ut connubia frequententur, propter seve-  
rissimum DEi mandatum, Genes. 1. v. 28. & 2. v. 18, l. i. Solut. maritim.  
l. un. ff. Unde vir & uxor. Helfric. Helric. Hann. in Resolut. Iur. Civil.  
114. 3. qu. i. Non in frugiferum nos facturos quid putavimus, si de  
hâc ipsâ materiâ aliquid in medium protulerimus.

3. Rectius autem tractationem institui posse non existimamus,  
quam si prius de sponsaliis, seu matrimonij inchoatione; postea,

de ipsis nuptijs, vel consummatione; ac demum, de Divortijs, sive dissolutione ejusdem agatur.

4. Sunt itaq; *Sponsalia*, mentio & re promissio futurarum nuptiarum; definitio *Florentino*, in l. 1. ff. de *Sponsal*. Vel. *Sponsalia* sunt mutua re promissio futurarum nuptiarum, inter eos, quibus Jure licet, facta. *Hottoman*, in *Commene*. *Iur*. vid. omnino Paul. *Cypræum* in tract. de *Iur*. *Connub*. de *Sponsalib*. c. 2. §. 2. n. 1. 2. 3. Iohan. *Coppens*. obs. 25. num. 1. *Alberic*. *Gentil*. *disp*. de *Nupt*. lib. 2. c. 1.

5. In h̄c definitione, siue potius descriptione, consideranda veniunt, *definitum*, & *definitio*. *Definitum*, quod explicat Etymologia, sunt *Sponsalia*. Quorum variis ritus, mores, atq; ceremonias, apud varios populos, & nationes, Romanos in primis, Graecos, & Germanos, describit Alex. ab *Alexandri*. *Genial*. *Dier*. lib. 2. c. 5. quibus plura accumulat, ibid. *Tiraquell*, in *Annotat*.

6. *Sponsalia* dicuntur a spondendo, l. 2. hoc t. *Shneidw*. part. i. de *Sponsalib*. n. 1. *Beust*. de *Sponsalib*. c. 1. quia moris fuit veteribus, stipulari & spondere sibi uxores futuras, l. 2. h̄c, c. nosirates 30. qu. 5. *Didac*. *Covarruv de Sponsalib*. n. 2. *Alberic*. *Gentil*. *Disp*. de *nupt*. lib. 2. c. 1. *VVesen*. in *Paral*. de *Sponsalib*. n. 2. *Paul*. *Cypræ*. c. 2. §. 1. n. 12. 13. C. 14. *Hunn*. vol. 2. in *Treusler*. de *Nupt*, thes. 1. q. 1. lit. a. *Iohan*. *Calvin*. in *Lexico Iur*. sub *vocab*. *Sponsalia*. Unde sponsi, sponsæq; appellatio, *ICtu* in l. 3. b. t. Spondere eam, a sponte venit, quasi facta sit spontanea datio & promissio. *Varro de Lingv Latin*. lib. 4.

7. Alij aliter derivant, a sponsore nempc, quem constat eum esse, qui alijs promittebat, quia is, qui uxorem ducturus erat, non ab ipsa, sed ab eo, unde ducturus erat, a patre nimurum, vel fratre, stipulabatur, eam in matrimonium ductum iri, *Gell*. lib. 4. c. 4. Referente *Beust*. d. loc. *Cypræ*. c. 3. §. 2. n. 1. Alij a spondis & libationibus sacrificialibus Ethnici deducunt; ut patet. ex *Tertull*. lib. de *Idololat*. c. 6. *Cypræ*. c. 2. §. 1. n. 14.

8. Definitio ipsa continet *genus* & *differentiam specificam*. *Genus* est; *Florentino* in *alleg*. l. 1., mentio & re promissio, ut alijs explicant, mutua. *Beust*. c. 1.; non autem cuiusvis rei, sed futurarum nuptiarum, d. l. 1. Quanquam enim interdum accidat, ut eventus spem frustratur, attamen intentio partium fuit, ut omnino nuptiae sequantur. Porro quicquid agant homines, intentio judicat omnes. *Andr Gail*. de *Pignbr*. obs. 10. n. 4.

Diffe-

*Frumenta*  
*voluntas* d. l. 2. f.  
caii

9. *Differentia specifica comprehendit personas, quibus de Jure licitum est contrahere, scilicet eas, quae non prohibentur.* Beust. c. 2.  
Quia non ante Juris ratio, quam persona querenda est, ut ait *Scaev.*  
*in l. quidam i. 4. versio. deinde sic querari ff. de Iure Codicill. l. 4. ff. Qui Testam.*  
*fat. pos. l. non oportet 52. ff. de Legat. 2.*

10. Hinc manifestum quam multis parasangis differant à nuptijs sponsalia, quae tantum matrimonij spes dicuntur; l. 13. § 3. ff. ad Leg. Italian. de Adult. l. 6. b. t. Futurarum nuptiarum sunt promissa, c. nostrar. 30. qu. 5. & præcedunt nuptias; Bartol. in l. si pecuniam n. 2 ff. de condic. caus. dæc. caus. non secut. VVesenb. n. 2. l. 32. § 37. De Donat inter V. & II. suntq; præparatoria nuptiarum, ut vocat; Schneidw. n. 38. ac præambula connubij, Cypræ. c. 2. §. 1. n. 3. Salicet. in l. unic. n. 2 C. si rector provinc.

11. Ut autem hæc definitio eò clarior evadat, primùm quænam sint species sponsaliorum; deinde quomodo contrahantur qui efficiuntur; & fini eorum; ac tandem de dissolutione agendum erit, argu. tractationis in tit. l. de Misfr. & lib. 20. ff. tit. 1. de Pignor. & Hypoth. cum seqq.

12. 1. *Sponsalia* sunt, vel *Iurata*, quando Jurejurando interposito firmantur: vel *non Iurata*, ubi nullo jurejurando interposito fiunt. C. præterea. c. requisitiv. 17. b. tit. VVesenb. n. 3. Juramentum autem debet habere tres comites: *Veritatem, Iudicium, & Iustitiam*, ut ait text. in c. eti Christus §. Iacobus quoq; Extra de Iurejur. ubi communiter Can.

13. 2. *Pura in diem, & conditionalia*; c. supereo, de Condit. appos. Panor. l. & CCæ. ibid. VVesenb. d. loc. Beust. c. 7. Schneidw. à. n. 32. ad 38. Forster. Disputat. de Nupt. eb. 6. Rever & Clariß. Dn. D. Paul. Tarnov. in tract. de Conjug. c. 1. pag. 6. & 38. pag. 168. 169. Cypræ. c. 8. §. 1. n. 2.

14. *Pure*, sponsalia contrahuntur, quando simpliciter quis, pure, & absolute promittit conjugium, ita ut promissio nullam dilatationem, aut interjectum alicujus temporis in se contineat, sic ut statim nata sit efficax obligatio, & actio, ut alter conjugum ad petitio nem alterius compelli possit, ad consumandum matrimonium, Schneidwin n. 32. & 33. Panorm. in cit. c. super eo, facit text. in §. omnib. l. de V. O. & l. cedere diem. 213. de V. S. Cypræ. d. loc. In diem, cùm in tempus prorogantur Rebuff. in Allegat. l. cedere diem.

15. Sub conditione contrahuntur, sponsalia, si in aliquem casum,

A 3.

vel

vel eventum differatur matrimonium, vel si aliquid factum fuerit, vel non fuerit; quia conditione nondum extante, vel etiam pendente, ille lud non est firmum, nec super eo orta est obligatio, vel actio, sicut in reliquis contractibus; tex. apert. in §. ex conditionali l. de V.O. & d.l. cedere diem. Schneidew. num. 34. Cypraus d. c. § n. 4.

16. Variant autem conditions illae: sunt enim presenti, vel praeteriti, vel futuri temporis, l. 100. l. 120. de V.O. l. 37. Suer. Per. Coppen obs. 27. n. 45. 6. & 7. Tam si propriè conditio dicatur cum in futurum confertur, per l. itaq. 39. ff. de Reb. credit.

17. Omnes haec sunt, aut in honesta, turpes, impossibiles; quibus alij addunt peregrinas. Schneidew. n. 35. aut honesta & possibles, Beust. c. 18. Alberic. Gentil. c. ii. & 12. de Nupt. lib. 2. Paul. Tarnov. c. 78. pag. 469. Lat. Philibert. Brussel. in tract. de Condition. &c.

18. In honesta conditions sunt, vel contra ipsam matrimonij substantiam ut, ducam Te, si questus luxuriae causa voles esse adultera. Si partum abegeris: Si sterilitas perpetua medicamenta sumperis. Et tales vitiant & impediunt matrimonium contrahendum, c. f. de Condit. appos. Coppen. d. obs. n. 10. Vel non sunt; ut. Duxam Te, si furtum commiseris: Si patrem interficeris. Schneidew. n. 35. Beust. c. 18. Clarij. Dn. D. Paul. Tarnov. pag. 470. Petrus Nicolaus Mozzius. de Matr. column. 5. n. 38.

19. Peregrinas Dd. vocant tales: Si rex Danie vicerit Suecum: Si imperator Turcam. impossibiles verò, Si culum digito terigeris: Si mare exhaustur. Eiusmodi conditions non vitiant matrimonium, sed pro non adjectis habentur, favore nempe matrimonij, ac si pure esset contractum, alleg. c. f. de Condit. appos.

20. Eiusdem farinæ ea ferè est conditio: Duxam Te, si ex me gravis facta fueris: Volo namq. scire, an sis sterilis, nec ne. quia etiamsi illa gravis ab ipso per concubitum facta non sit, talis conditio non impediat matrimonium, sed habetur pro pura, d. c. f. quia ad delinquendum invitat, accipitur pro non adiecta, argum. l. 5. ff. de Past. dotal. Clarij. Dn. D. Tarnov. c. 78. pag. 471. Beust. c. 18. Coppen. d. obs. n. 8. & 9.

21. Quod pertinet & illa, quia quis hoc modo contraxit, Promitto Tibi matrimonium si Te virginem invenero: quæ omnino pro non adiecta habetur, immò pure contractum putatur conjugium communiter: Juxta doctrinam Hostiens. in tit. de Condition. appos. & argum. l. alioqui: §. quod si ego de Contrab. empt. Quod tamen sic declarandum, cum Are-

tino,

sunt, putat Alberic. Gentil. lib. 2. c. 11. Si ipse vir quætere de eo haberet; at verò; si dispici per peritos debeat, vel aliter cognosci de virginitate, tunc conditio maneat, quæ nec sit turpis.

22. Conditiones honestæ sunt, quæ pertinent ad matrimonium tales; Si pater consenserit: Si frater Tuus nomine dotus mibi dabit 4000. Ducatos. Si religionem Christianam amplecti volueru. Dn. D. Paul. Tarnov. pag. 476. Schneidew. loc. cit. Paul. Cypræ. c. 13. §. 81. n. 3.

23. Unde, si quis puellæ promisit conjugium, sub conditione, si pater consenserit: ante conditionis eventum, nequaquam cogi potest, ad matrimoniū consummandū: nisi ante illum even- tum, cognoscat carnaliter desponsatam: Eo enim casu recedere vi- detur à conditione apposita. *text. in c. per. tuas: de cond. appos. Schneidew. n. 36. Hyeron. Schurff. in consul. 57. centur. 1: quibus adstipulatur etiam Philipp. Melanth. in loc. de Conjug. Coppen. obs. 27. n. 5.*

24. Justæ siquidem ac necessariæ causæ non solum annum, vel biennium: sed etiam triennium, vel quadriennium, & ulterius tra- hant sponsalia, veluti valetudo sponsi, sponsæq; mortes parentum, capitalia crimina, aut longiores peregrinationes. *l. penal. Eod.*

25. Hinc itaq; apparet, sponsalia omnino sub conditione con- trahi posse, *t. r. de Condition. appos. ut enim ceteri contractus ita & sponsalia purè, & sub conditione fieri possunt, §. omni, l. de V. O. l. 37. Sic cere per. Cypræ. c. 5. §. 31. n. 1. Vesemb. n. 6. in f. Hann. in Treuil. ib. 6. qnaest. 52. lit. a. Coppen obs. 27. n. 1.*

26. Proponunt hic Dd. quæstionem; Si primum sponsalia contra- bantur sub conditione honestâ; & pendente eâ, contrahantur postmodum purè, quæ sint præferenda? Et concludunt, quod purè contracta, secundum gloss. in c. super eo, in verb. alieno arbitrio. in f. & gloss. in c. per Tuas. in verb. præsumendum; de conditionib. appos. Schneidew. n. 37. Beust. c. 19. Cypræus c. 8. §. 3. n. 1. Coppen. obs. 27. n. f.

27. Conditionis autem eventum omnino exspectandum esse, adeo ut quamvis ante illum, alter peniteat, non sit locus pænitentia, monet Beust. alleg. c. 19. juxta gloss. in c. super eo sapienter cit: Additq; hanc rationem, ne in causis matrimonialibus detur locus hominum le- vitati, aut inconstantia, cui consentit Tarnov. c. 79. dub. 4. Luth. Tom. 5. pag. 242. & sequuntur Compilat. Consul. Saxon. q. 11. in f. ibi: Wir ha- ten es auch dafür/ das in verfassung der Urtheil / dieser letzten meinung

zu folgen sey/ hamin dem Wankelmuth/ vnd leichsfertigkeit/ in Ehe-  
sachen/ nicht raum/ noch stat gelassen werde. Coppend. obs. n. 14.

28. 3. Sponsalia sunt, vel de praesenti, vel futuro, c. penal. de Sponsal.  
VVesembec. n. 3. Schneider. n. 3. Beust. c. 7. Forster. disp de Nupt. th. 6. Gail.  
lib. 2. obs. 80. n. 10. & 11. Paul. Cypræ. c. 4. §. 3. n. 1. & 2. Helfris. Hann. vol.  
2. in Treutl. de Nupt. th. 1. quæst. 8. lit. c. Coppen. obs. 25. n. 20.

29. Hanc tamen distinctionem *Lutherus*. in libell. Non Ehesachen,  
prorsus reijcit, propterea quod apud nos Germanos, non sit talis lo-  
quendi consuetudo: & quod sub prætextu istorum verborum, mul-  
ta vera conjugia distrahanter, quem allegat hic Beust. c. 8. & Forster.  
disput. de nupt. th. 6.

30. Interim autem non negat *Lutherus*, sponsalia de futuro dici  
posse ea, si nempe adiiciatur aliqua conditio; *putas*; *si mei gratia triennia*  
*expectare virum*, *ego Te ducam in conjugem*. Cum Lutherò consentit Menzer.  
in tract. de Conjug. sub.t. de Causa efficiente proxima pag. m. 128. quibus ad  
stipulantur nonnulli JCt., è quorum numero est etiam Hottomann. in-  
disp. de Spons. Cypræ. c. 4. §. 4. n. 1. 2. 3.

31. Sponsalia de *praesenti*, sunt promissio conjugij præsentis, seu  
ut loquuntur, tractatus dispositivus, super matrimonio præsentis,  
qui vim conjugij habet; quod colligitur ex verbis, quæ in *præsens*  
tempus sonant; ut *Accipio Te in uxorem*: *Accipio Te in virum*: VVesemb. n. 3.  
Coppen. d. obs. n. 22.

32. Sponsalia de *futuro*, sunt tractatus de futuris imposterum  
nuptijs, (cujusmodi olim omnia erant;) ac veluti pactum, &  
conventio futuri contractus; VVesemb. d. loc. sicutq; per verba futuri  
temporis; ut, *Ducam Te in uxorem*: *Eris mea, vel meus*. Coppen. d. obs. 25.  
num. 21.

33. Sponsalia de *Præsenti*, subdividunt Dd. in *publica*, & *clande-*  
*stina*. Schneider. n. 20. Beust. c. 13. Clariß. Dn. D. Tarnov. c. 80. pag. 483.  
Coppen. obs. 25. n. 1.

34. *Publica* dicimus ea, quæ palam contracta sunt, in *præsenta*  
testium, quibus probari possunt, Schneider. Beust. Tarnov. loc. cit. Cy-  
præ. c. 10. §. 1. n. 2. Coppen. d. loc. n. 2.

35. *Clandestina* vocantur, quæ clâm, hoc est, remotis arbitris, &  
nullis adhibitis testibus contrahuntur. Schneider. Beust. ibid. De quibus  
est. t. t. Extra de Clandest. de spons.

Et

36. Et sunt, vel propriè & strictè sic dicta, modò definita; vel  
large; Schneidew. n. 21. Beust. cap. 13. Cypraus d. loc. n. 3. Coppen. n. 3. Dn. D.  
Tarnov. p. 487. 488. qui citat. Felix Bidembach. pag. 32.

37. In largâ significatione sumta, sunt, quandoquidem in præ-  
sentia testium, absq; tamen consensu parentum, contracta fuerunt,  
& hæc Luther. in lib. von Ehesachen, propriè dicit esse clandestina  
sponsalia, heimliche Verlobnuß, quem citat Schneidew. & Beust. d. loc.  
Coppen n. 3.

38. Prioris generis de Jure Canonico sunt prohibita. i. t. de  
clandestin. de sponsa. & per c. aliter 30. quæst. 5. Idq; partim, propter rem  
mali exempli, & multa incommoda, quæ ratione consanguinitatis  
inde sequuntur, partim propter difficultatem probationis, & me-  
tum perjurij, neve sub specie matrimonij fiat fornicatio; partim, ne  
matrimonialiter conjuncti facilè separantur; dum sæpè matrimo-  
nio occultè contracto, alter mutaret propositum, & dimitteret al-  
terum probationibus destitutum. ut est, gloß. in modò alleg. c. aliter.  
Schneidew. n. 22. Consit. Electoral. Saxon. in nova ordin. in t. Von Ehe-  
sachen incip. wo aber zwey Persohnen, Coppen obs. 26. n. 5.

39. Non tamen adfirmamus, solam clandestinitatem, per se, vi-  
tiare matrimonium, dum modò uterq; confiteatur, se clām sic con-  
traxisse. secundum Panormit. in d. c. aliter, in primis Notab. Coppen n. 4.

40. Nec contrarieratatem statuimus aliquam, inter hæc duo  
axiomata, Jctorum unum; quod sola clandestinitas, per se non in-  
fringat, nec vitiet sponsalia; & Theologorum alterum, in primis Lu-  
theri, Tom. 6. lenens, in lib. de Caus. matrimon. Clandestina sponsalia, nulla  
constituere matrimonia, Clariss. Dn. D. Paul. Tarnov. c. 31. pag. 487.  
dub. 1. Felix Bidembach, pag. 32.

41. Quæ verò sponsalia præferri debeant, publica, an clande-  
stina, dubitari posset? Sed verissima est Panormitani sententia, quod  
publica sint præferenda clandestinis: Beust. c. 4. CCæ. in c. 2. de Clandest.  
de spons. Et ita quotidie pronunciari in consistorijs, testatur Schneid.  
n. 24. da si das öffentliche Vorlesnuß dem heimlichen Ehegelißt billich  
vorgezogen wird. Cypraus de sponsalib. c. 10. §. 15. n. 2. Paul. Tarnov. c. 31.  
lib. 1. quæst. sive dub. 6. pag. 497. Coppen, obs. 26. n. 15.

42. Quod adeò verum est, ut nunquam fallat, nisi unico casu  
excepto, si nimirum copula carnalis supervenerit; quod tunc tan-  
cum sponsalia clandestina præferantur publicis, ut tradit Lutherus in

B

sæpe

1. Si uim legib.  
2. Qui prior tempore. m  
3. affert delin  
matrimonio.

sæpe alleg lib. Von Thesachet ubi hanc additrationem, quod idem tunc  
publica cedere debeant, quia puella vitiatur, & ejus parentibus ma-  
jor sit injuria, & contumelia, quam ei, quæ tantum publicè de-  
sponsata, nec carnaliter cognita est: Henning. de Conjug. pag. 209. Cop-  
pen. cit. loc. n. 19. & 20. Beust. c. 14. Cypræus c. 19. n. 1. & §. 17. num. 1.  
Paul. Tarnov. pag. 491.

43. Fuerunt hactenus sponsaliorum species; sequitur quomodo  
contrahantur. Illud autem fit nudo consensu, quem VVesenbechius  
causam efficientem statuit, n. 4. per l. 3. l. 7. §. 1. h. s. l. 2. de Ritu nupt. l. cui  
fuerit. 15. in f. de Condition. & demonstrat. l. 8. C. de Repud. l. nuptias 30. ubi  
latè Decius de R. l. c. cum locum 14. eod. c. 1. & 2. Caus. 27. q. 2. Coppen obs.  
25. n. 33. Valent. Guiliel. Forster. de Nupt. c. 8. Schneidew. n. 2. Paul. Cypræ.  
c. 6. 3. §. 1. n. 1; qui consensus non tantum est contrahentium l. 7. §. 1.  
l. 11. 12. 13. Eod. sed etiam eorum in quorum sunt potestate; l. 2. de Ritu  
Nupt. Forster. d. cap. Alberic. Gentil. C. 13. de Nupt. Genes. 24. v. 49. & 57.  
§8. VVesenb. loc. cit. Cypræ. d. c. & §. n. 3. de quo, disputatione sequen-  
ti, de matrimonij consummatione.

44. Illud saltem hoc loco admonendum videtur; si puella, quæ  
matrem & vitricum habet, adolescenti promittat, se nupturam ei,  
modò parentes consentiant: deinde his recusantibus, clam ab  
illo persuasa, tres aureos velut arrharum nomine, accipiens, & vicis-  
sim quatuor grossos dans, polliceatur, se nupturam eidem, sed non  
libenter matri dilecta mærorem illaturam: Non videri pure contracta  
sponsalia, neq; nuptias. Quam quæstionem latè examinat  
Basil. Moner. in tractat. de Clandestinit. Conjug. Paulus Cypræus c. 8. §. 1.  
num. 3.

45. Tametsi vero in nuptijs copulandis, nec curatoris, qui so-  
lam rei familiaris sustinet administrationem, nec cognatorum, vel  
adfinium ulla authoritas, jure Civili, requiratur l. 8. C. de Nupt. Petr.  
Heigius quæst. 22. n. 8. 9. & seqq. part. i. Attamea plerisq; locorum statu-  
tis, minorenibus atq; pupillis salubriter prospectum est, ne absq;  
propinquorum consilio, sponsalia, aut matrimonium contrahant,  
aut contrahendo obligentur. Constitut. Friderici Comitis Palatini, de Ma-  
trimonijs; ibi, daß die Personen so keine Eltern haben / sich mit ihren ne-  
hessischen Blutsfreunden Rath Verheyren / und ehelich verloben; & Re-  
g. Dania. Friderici II. Ordinatio Gellensis Anno 1545. congregata; quas citat  
Cypræus

*Cypre*: c. 6. §. 9. n. 16. & 17. & §. 18. n. 14: quia minoritatis sociæ sunt, fragilitas, consilij inopia, & facilitas captionis, per l. 1. f. de Minor. 25. ann. facit etiam l. 48. de Fidejussorib.

46. Non sine micâ salis igitur accipiendum est, quod Dd. dicunt probari sponsalia solo testimonio sponsi & sponsæ; adeò, ut licet priùs verè contracta non fuissent; attamen eo ipso contrahantur, dum mutui desiderij ac voluntatis, professionem edunt, & fidem faciunt. *Maschard. Conclus. 1331. incip. sponsalia. n. 2. & 4. de Probat. vol. 3. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iud. quest. l. b. 2. cent. 2. cas. 103. n. 1. Corras. lib. 3. Misc. Iur. c. 4. n. 2. Andr. Tiragu. de Retract. Convent ad. f. tit. num. 77. per iura ibid. alleg.*

47. Ex quo etiam videtur dependere ratio, quare prohibentur clandestina sponsalia, videlicet non propterea, quod non valent, vel quod contracta dissolvi debeant: sed hâc potius consideratione, quod mutatâ alterius voluntate, Judex propter difficultatem probationis, certus esse non possit; ut eleganter scribit *Iohann. Meischner. in decis. Camer. Imp. Tom. 3. decis. 20. n. 21.* ubi disputat de Constitutione Megapolitanâ circa pœnam *Von heimlichen Vorlehnissen:* quatenus fisco competat actio.

48. Sponsi, sponsæ, ac sponsaliorum appellatione, an maritus. uxor, & matrimonium contineatur, satis involuta questionis est: & in utramq; partem textus, rationesq; non defunt; l. 4. f. de Fund. dor. l. item apud 15. §. sponsum, ff. de Injur. & famos. lib. l. si uxor. 13. §. Divi Severus, & §. si minor. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. si sponsalibus 58. l. si sponsa 74. de Iure dot: cum similib. *Late* Tiragu. de ll. Connubial. gloss. 2. n. 1. & 18. cum seq. Sed videtur dicendum, quod in odiosis quidem differant; in materia verò favorabili, quodammodo pro ijsdem habeantur *Alexand. Raudens Comes & Doct. lib. 1. Respons. 10. n. 86.*

49. Consensui contrarius est error, *Treutl. de Nupt. tb. 6. lit. e. & f.* Non etenim consentiunt, qui errant; cum nihil consensui tam contrarium sit, quam error, qui imperitiam detegit: *Ulpian. ICewi in l. 15. de Iurisdict. l. 116. de R. l. Hunn. in Resolut. lib. 1. tract. 3. quest. 12.* Ille error est vel nominis, vel personæ: sive ut loquatur Dd. substantialis, & accidentalis. *Treutl. de loc. Vel ut alij. Personæ; Conditionis; Fortunæ, & Qualitatæ: Forster. de Nupt. pag. 113. Cypre. c. 13. §. 31. n. 2. Menzerus de Conjug. Tarnov. pag. 338. 384.*

50. Error nominis, sive accidentalis, ut si quis eam, quam matrimonio sibi jungendam destinarat, existimet appellari Mariam, cum Rosina, aut Katharina diceretur; non obest vel impedit sponsalia, sed nihilominus manent firma, argum. §. *siquidem* 29. I. de Legat. l. 4. C. de Testam. Error enim nominis non vitiat stipulationem, cum de corpore constat l. 9. §. si in nomine, de Contrab. empt. Gotbof. ibi. lit. f. Error in corpore, vel personâ admissus, sponsalia irrita & nullius momenti facit, perl. 30. de R. I. l. 15. de Jurisdic. Covarr. pars; 2. c. 3. §. 7. Cypræ. de sponsal. c. 13. §. 32. & seqqu. Alberic. Gentil. lib. 3. c. 2. Hunnius thes. 6. quæst. 55. lit. e.

51. Idem affirmandum de errore conditionis, sive status, puta: si ancilla sit, quam quis liberam credebat, Cypræ. c. 13. §. 38. Didac. d. part. 3. §. 7. Tarnov. c. 69. lib. 1. fol. 392. Error Fortunæ, si quis illam quam putabat divitem, pauperem intellexit, sponsalia non impedit. Gentil. lib. 3. c. 4. Cypræ. c. 13. §. 58.; ut & error Qualitatis; Hunnius cit. loc. quæst. 56. Cypræ. c. dict. §. 67. Beuf. c. 10; ut si quis credebat morigeram, quam capitosam, ac rixosam invenit: Forster. cit. loc.

52. Nequaquam autem hic intelligimus consensum coactum, vel simulatum: Nam simulatæ nuptiæ nullius sunt momenti, ut loquitur Ictus, in l. 30. de Rito Nupt. l. 54. de O. & A. l. 14. C. de Nupt. c. cum locum 14. hoc t. c. consultationi. c. gemma: Eod. In honestum quippe visum est, vinculo pœnae matrimonia adstringi, sive futura, sive jam contracta, l. 134. de V. O. Cypræ. c. 13. §. 14. n. 1. 2. & 3.

53. Removemus itaq; omnem coactionem, quæ fit per metum, fraudem, dolum, & vim: Matrimonia enim debent esse libera, perl. 29. de V. O. l. 79. §. f. de Condic. & demonstr. l. 14. C. de Nupt. c. cum locum 14. hoc t. c. consultationi. c. gemma: Eod. In honestum quippe visum est, vinculo pœnae matrimonia adstringi, sive futura, sive jam contracta, l. 134. de V. O. Cypræ. c. 13. §. 14. n. 1. 2. & 3.

54. Quapropter non est dubium quin metus, qui etiam possit cadere in virum, vel mulierem constantem, omnino obstat sponsaliorum operationis pertinet. In l. 9. *Quod met. Caus.* l. 13. C. de Transaction. gloss. ibi. in verb. Cruciatum; teutus elegans in c. cum dilectus 6. de his quævis met. caus. Panor. ibi. Andr. Gail. obs. 93. lib. 2.

55. Contrarium obtinet in metu reverentiali, perl. 3. ff. quod met. caus.

**Caus.** Quod enim ibi de vi dicitur, rectissime ad metum a patre liberis Jure incussum, accommodari potest, ut scilicet illius ratio non habeatur, nec intelligatur eò minus libere consensisse, quod patris reverentiam metuens, filius consenserit. l. 7. §. i. b. t. l. 22. de Ritu Nupt. ubi Dd. communiter Panormit. in c. veniens; hoc t. Gail. d. obs. n. 22. Hunn. th. s. quest. 49. lit. a & b. & in Resolute. lib. i. tract. 3. quest. 10. Cypraeus c. 13. §. 18. num. 1.

56. Quandovero metus parentum non amplius est reverentialis, sed talis, qui possit adferre cruciatum corporis, res aliter se habet, per l. nec filium 12. C. de Nupt. Panormit. in c. c. veniens, Bartol. in l. ad invidiam; 6. n. 1. C. de his quæ vi met. caus. & nullus consensus nudus, licet filia taceret, præsumi potest, propterea, quod causa metus justi durasset: Riminald. in Consil. 77. Klingius in f. de Caus. Matrim. pag. 16. Bartol. in l. 1. §. 5. ff. quar. ter. act. non dat. Didac. Covarruv. part. 2. c. 3. Cypraeus d. loc.

57. Idem judicium de Vi, quæ etiam per raptum fit, t. t. C. de Raptor. virg. c. 1. de Rapt., est. Quod tamen ille in consequentiam trahere non potest, quem pater carnaliter concubentem cum filia inventum, vi cogit matrimonium promittere; in primis cum copula illa fuerit voluntaria, non coacta; C. consultationi & ibi Panorm. plenè n. 7. b. t. Metus enim præcedens ita tollitur, & novus quodammodo consensus inducitur; Gail. obs. cit. 93. n. 28. argum. l. penult. ff. de Condic. ob turp. Caus.

58. Raptum per se prohibitum esse, notissimi Juris est; ext. 8. C. de Rape. virg. l. 5. C. de Epis. & Cler. sed si copula carnalis, consentiente rapti, supervenerit, non dirimendum esse tale matrimonium, cū habuerit vir mulieris assensum, clarissime patet, ex c. cit. consultationi, pen. panormit. & CCæ. ibid. Beust. c. 39. Ubi dicit, Jura Canonica Juris Civilis rigorem non nihil mitigasse, quod eo casu, ubi quidem parentes virginis vivunt, sponsa matrimonio jam promisso, volens rapta fuerit, non tam libidinis explendæ causa, quam amore conjugij promissi; argum. l. ult. de Condic. sine Caus. & c. Estote Extra de R. I. Paul. de Castro in l. Raptiores, C. de Epis. & Cler. Coppen. obs. 34. n. 6. 7. 8. vid. omnino Constitut. Electoral. Saxon. tit. Von Ehegelißmessen.

59. Huc referri possunt omnes ij, qui dolo, fraude, Philtris, & quâcunq; queunt illegitimâ ratione, in cantas alliciunt mulierculas;

